Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Si dicetis: motus est pes
meus: miserere mihi domine adiuua
bit me. Secundum multitudi
nem dolorum meorum in corde meo
consolationes tue letificaue
runt animam meam. Numquid
adhaerebit tibi sedes iniquitatis
qui fingis laborem in pre
cepto. Capiebant animam iusti
et sanguinem innocentem
condempnabunt. Et factus est dominus
michi in refugium: et deus meus
in adiutorium spei meae. Et
reddet illis iniquitatem ipsorum
et in malicia eorum disperdet eos
disperdet illos dominus deus noster. Ps
Benedictus dominus meus qui docet
me exercere duo
bus ad bellum. Ps
Venite exultemus domino
iubilemus deo salutari
nostro. Preoccupemus
faciem eius in confessione et
in psalmis iubilemus ei. Quoniam
deus magnus dominus et rex magnus
super omnes deos. Quia
in manu eius sunt omnes fines
terre et altitudines montium ipse
est. Quoniam ipsius est mare et ipse
fecit illud et siccam manus eius
formauerunt. Venite adore
mus et procidamus et ploremus
ante dominum qui fecit nos quia
ipse est dominus noster. Et nos po
pulus pascue eius et oues
manus eius: hodie si uocem
eius audieritis nolite obdu
rare corda vestra. Sicut in ira
cundia secundum diem temp
tationis in deserto. Ubi tem
ptauerunt me patres vestri: proba
uerunt et uiderunt opera mea.
Quadraginta annis of
fensus fui huic generationi illi: et
dixi semper hi errant corde.
Et isti non cognouerunt
vias meas: ut iuraui in ira
mea: si introibunt in requie
Cantate ps domino meo:
domino canticum nouum
cantate domino omnis terra. Can
tate domino et benedicite nomini eius
annunciate de die in diem
salutare eius. Annunciate
inter gentes gloriam eius
in omnibus populis mirabilia
eius. Quoniam magnus dominus et
laudabilis nimis timibilis est
super omnes deos. Quoniam omnes
dii gentium demonia dominus
autem celos fecit. Confessio
et pulchritudo in conspectu eius
sanctimonia et magnificen
cia in sanctificacione eius